



**Tractatvs De Censvris Romano Pontifici Reservatis**

**Ugolinus, Bartholomaeus**

**Venetijs, 1609**

Vers. Ac etiam eos, qui, ne ad Romanam Curiam adducantur, vel  
afferantur, prohibent, impediunt, seu perturbant.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61365](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61365)

nio mihi non placet, nam curia accipitur ibi pro hominibus, qui suar in loco, vbi est Curia.

Quarto in excommunicatione hanc non incidit, qui eo prædicta deferri non permittit, vbi aut Cardinalis, aut Romanus Pontifex est, sed tamen non sua Curia, & audiencia. Quare, si Summus Pontifex aliquo deambulatum vadat, & secum audientiam non habeat, id est suos iudices, vel ibi moriatur, & ad sint Cardinales in excommunicationem non incidet, qui prædicta eo deferri non sinit, nam Residenzia Curiae ibi non est, vt declarauimus supra.

Postremo in excommunicationem hanc non incidit, qui impedit, ne deferatur ea, quæ ad vi sum Romanæ Curie non pertinent, nā, ex quo huic, dispositionis huius verba non conueniunt, nec dispositio conuenire debet. argument. leg. 4. §. 4. st. de damn. infec. Quare qui impedit, ne ad Curiam aut psitachi, aut Simiae deferrantur, & id generis, in excommunicationem hanc non incidet. At quid de impedientibus tabellarioris, ne litteras deferant, an in excommunicationem incident? Egō sentio in hanc pœnam non incidere, tum quod vietus nomine litteræ non comprehenduntur, tum quod ad vi sum Romanæ Curie pertinere non videntur. Nec obstat clausula illa generalis. Alia ve, quæ ad vi sum Romanæ Curie necessaria sunt,

nam dictio Alia, significat similitudine antecedentibus, vt DD. ac Iaso. not. in l. quicunque. C. qui admitti, at antecedentia ad viatum pertinentia, cuiusmodi litteræ non sunt. Cogita tamen hoc melius.

Vers. Ac etiam eos, qui, ne ad Romanam Curiam adducantur, vel afferantur, prohibent, impediunt, seu perturbant.

S V M M A.

- 1 Prohibens, ne ea, quæ ad viatum pertinent, & alia supradicta ad Romanam Curiam deferantur, in excommunicationem incidit, quæ excommunication, quoisque pateat, declaratur.
- 2 Prohibere quomodo differat ab imprimere, seu perturbare.
- 3 Adducere quid significet.
- 4 Afferre quid significet.

**I**N hac parte excommunicantur, tū qui impediunt eos, qui adducere, vel afferre prædicta ad Romanam Curiam volunt, & sic differt casus hic a superiori, nam in superiori excommunicatur impedites eos, qui prædicta iam deferunt, hic autem qui deferre volunt, sed nondum deferre ceperunt,

runt, & quoniam, quæ diximus  
antea, & hic locum habent, ob  
eam rem paucis rem hanc absolu-  
uemus.

In excommunicationem hanc  
igitur incidit omnis, qui prohibet,  
ne prædicta ad Romanam cu-  
riam deferantur, quæ excommuni-  
catione afficit quacunque ratio-  
ne prohibeat vel per se, vel per a-  
lium.

**2** Differt autem † prohibere ab  
impedire, seu perturbare, nā pro-  
hibere propriè quis dicitur, qui  
dicit & tē quem impedit, aut verbis  
iubendo, minando, ne prædicta  
deferat, aut tactis detinendo ip-  
sum in carcere, vel ratione alliob  
eandem causam, impedire vero  
quoad rem nostram accipitur, q-  
bi quis per obliquum eum mora-  
tur, ut pote adimendo ei iumenta,  
vel res, quas ad Curiam deferre  
quis vult, & id generis. Perturba-  
re demum significat quocunque  
alio modo obstacula, & impedi-  
menta opponere, quamvis hic  
pro impedire simpliciter accipa-  
tur.

**3** Verbum vero illud Adducan-  
tur, & verbum illud Afferantur,  
adhibita sunt, quo comprehendente  
rentur, qui quascunque res im-  
pedirent, quo minus ad Curiam  
importarentur. Nam omnia talia  
partim dicuntur, ut boues, capre,  
sues, & oues, & id generis, per se  
enim iter faciunt, & solum neces-  
se est, ut habeant, qui ductor eoru-  
**4** sit. † Partim per se venire non pos-

sunt, sed necessario requiritur, &  
ferantur, cuiusmodi sunt omnia,  
qua anima carent, vt frumentū,  
vinum, oleum, & alia huiusmodi.  
Partition & afferri, & duci possunt,  
sed commodius feruntur, cuius-  
modi sunt ædi, & agni, galinæ, &  
minutæ alia animantes. Quamcū  
que igitur rem ex his quis impe-  
diat, quo minus ad curiam defe-  
rantur, vel de eorum numero sit,  
quæ ducuntur, vel de numero eo-  
rum, quæ afferuntur, in excommu-  
nicationem hāc incider. Sed iam  
ad postremam partem huius Ca-  
pitatis veniamus.

Vers. Seu hæc facientes de-  
fendunt per se, vel alios,  
cuiuscunque fuerint ordi-  
nis.

S V M M A.

- 1** Defendantes eos, qui impediunt, ne ea,  
quæ ad victimum pertinent, & alia pre-  
dicta ad curiam deferantur, in ex-  
communicationem incident, quæ ex-  
communicatione, quousque pateat, decla-  
ratur.
- 2** Impedientes, ne ad victimum Romanæ Cu-  
riæ necessaria deferantur, an in alias  
pœnas ab excommunicatione inci-  
dant.

**I**N hac postrema parte huius  
Capitis excommunicantur ij,  
qui